

promisso constituit. A civibus vero eiusdem civitatis se nullum petitionis munus requirere promisit, nisi necessitate superveniente ad imperatoris transmontana iturus esset, servitium et tunc sine civium gravamine modicum quid peteret. Iuris etiam sui quod wicbiledede dicitur signum petentibus unum in medio Halestrae, secundum in medio Pardae, tertium ad lapidem qui est prope patibulum, quartum trans fossam qua lapides fodiuntur demonstravit. Ipsius vero silvam quam Lvch dicimus ad usum civium tam in gramine quam lignis et piscibus collocavit. Et ne alicui nisi a quo essent beneficiati hominum facerent vetavit. Infra spatium vero miliaris unius a civitate ut nullus haberetur fori tractatus civitati nocivus constituit. Et si quod beneficium vel hereditatem quisquam civium suorum emeret, secundum fori conventionem possideret; si vero quidquam bonorum suorum cuiquam concederent, quem ad solvendum non benivolum invenirent, assumpto marchionis nuntio eum vadiabunt et ad solvendi inducias nihil ultra XIII noctes administrabunt<sup>1)</sup>. Ad ius vero molendini octodecimam mensuram constituit. Et quam diu suo decano inobedientes non invenirentur, ne aliud sequerentur iudicium imperavit. Suo etiam iudici subditos esse eos edocuit et sibi in bonis suis iniuriare volentibus ut se communiter opponerent suo solamine compulit. Huic iuri dato aderat episcopus Johannes, Godescalcus de Scudiz civitatis advocatus, Fridericus de Leznicz, Heinricus burgravius de Donin, Lûf de Kambure, Heinricus Kiteliz, Albertus de Pores, Walthervs de Misne marchionis capellanus, quem haec scripsisse profitemur.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. An zwei schmalen von der Urkunde selbst losgetrennten Pergamentstreifen hängt das an einigen Stellen beschädigte Siegel des Markgrafen mit wohl zu erkennender Umschrift.

Schneider chron. Lips. p. 88. — Vogel Leipz. Chron. S. 61. — Lünig RA. Pars spec. cont. IV. pars II. p. 590. —

Die Abfassung dieser Urkunde, welche man früher irrthümlich in die Jahre 1174 oder 1175, 1180 oder 1182 setzte (s. Schultes Director. diplom. II. S. 167), fällt in die oben angegebene Zeit, da 1156 Markgraf Otto nach seines Vaters Rücktritt die Regierung der Markgrafschaft übernahm und der an erster Stelle aufgeführte Zeuge Bischof Johann von Merseburg im Jahre 1170 verstarb. (S. Wilmans' Regesta episcop. Merseburg. in Pertz Archiv XI. S. 177.) Auch die übrigen Zeugen begegnen zum grössern Theile in Urkunden dieser Zeit; so Godescalcus de Scudiz 1156, 1161 u. 1162 (Personenregister bei Schultes unter Kudice), Burggraf Heinrich von Donin 1144 (Schultes), 1156, 1160, 1161 (Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden), 1162 (Schultes), 1168 (Haupt-Staatsarchiv), Luof von Kambure von 1140 an (Schultes und Haupt-Staatsarchiv), 1145 (Haupt-Staatsarchiv), 1147, 1150, 1154 (Schultes), 1156 mit einem Sohne gleichen Namens (Haupt-Staatsarchiv), Heinrich Kiteliz 1160 (Haupt-Staatsarchiv.)

1) Das Original hat *vadiabant* — *administrabant*.

### No. 3. 1216. 20. Juli.

*Erzbischof Albert von Magdeburg und Bischof Ekkehard von Merseburg errichten eine Sühne zwischen Markgraf Dietrich von Meissen und der Stadt Leipzig.*

Albertus dei gratia sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus et Ekkehardus Merseburgensis episcopus universis Christi fidelibus, ad quos pagina praesens pervenerit, salutem in domino. Noverint universi fideles Christi has litteras inspecturi, quod nos una cum Friderico comite de Breniu de prudentium virorum consilio discordiam, quae vertebatur inter illustrem marchionem Misnensem et Lipzenses et eorum